

Der folgende Text soll in angemessenes Deutsch übersetzt und durch die Bearbeitung der unter II. gestellten Aufgaben sprachlich erläutert werden.

I. Übersetzung

1 Cum per aliquot dies quietae stationes utrimque fuis-
2 sent, repente adventus Hippocratis et Himilconis ut ultro
3 undique oppugnarentur Romani fecit. Nam et Hippocra-
4 tes castris ad magnum portum communitis signoque iis da-
5 to, qui Achradinam¹ tenebant, castra vetera Romanorum ador-
6 tus est, quibus Crispinus praeerat, et Epicycles² eruptionem
7 in stationes Marcelli fecit et classis Punica litori quod
8 inter urbem et castra Romana erat appulsa est, ne quid prae-
9 sidii Crispino submitti a Marcello posset. Tumultum
10 tamen maiorem hostes praebuerunt quam certamen; nam et
11 Crispinus Hippocraten non reppulit tantum munimentis sed
12 insecutus etiam est trepide fugientem, et Epicyden Marcel-
13 lus in urbem compulit; satisque iam etiam in posterum
14 videbatur provisum ne quid ab repentinis eorum excursio-
15 nibus periculi foret. Accessit et ad haec pestilentia,
16 commune malum, quod facile utrorumque animos averteret a
17 belli consiliis. Nam tempore autumnii et locis natura gra-
18 vibus, magis extra urbem quam in urbe, intoleranda vis
19 aestus per utraque castra omnium ferme corpora movit.
20 Ac primo temporis ac loci vitio et aegri erant et morie-
21 bantur; postea curatio ipsa et contactus aegrorum volga-
22 bat morbos, ut aut neglecti desertique qui incidissent mo-
23 rerentur aut assidentes curantesque eadem vi morbi reple-
24 tos secum traherent, cotidianaque funera et mors ob
25 oculos esset et undique dies noctesque ploratus audiren-
26 tur. Postremo ita assuetudine mali efferaverant ani-
27 mos, ut non modo non lacrimis iustoque comploratu prosequeren-
28 tur mortuos, sed ne efferrent quidem aut sepelirent, iace-
29 rentque strata exanima corpora in conspectu similem mor-
30 tem exspectantium, mortuique aegros, aegri validos
31 cum metu, tum tabe ac pestifero odore corporum confice-

¹ **Achradina:** Stadtteil von Syrakus

² **Epicycles:** syrakusanischer Heerführer

32 rent; et ut ferro potius morerentur, quidam invadebant

Frühjahr 1993

- 2 -

33 soli hostium stationes. Multo tamen vis maior pe-
34 stis Poenorum castra quam Romana affecerat; nam Romani
35 diu circumsedendo Syracusas caelo aquisque assuerant magis.

II. Sprachliche Erläuterungen

1. Welche Bedeutung hat der Konjunktiv **“averteret”** (Z.16)?
2. Welche grammatische Regel liegt bei **“non modo non ... sed ne ... quidem”** (Z.27)